mobilibus et immobilibus extendetur extendique debebit. Preterea secum
successoribus nec super bonis suis omnibus supranominatis obligat et inscribit
Patenti iurisdictioni cum suis actis castrensibus ad acta terrestria premissorum ante decur-
sum unius anni transferre et transportare sub vadio viginti florenorum
pecuniae monetae Polonicae pro qua quantitate summa essentialis simul cum vadio
iuncta tunc etiam vadio ratione non transportationis et in eadem iurisdictione succedit
Obligatus quibus se prenominatus Blazowski cum successoribus suis eidem
Michallo Komarnicki aut eius pro tempore citare premisit tunc recedendo
ab omni suo proprio et competenti foro coram presenti castrensi premissorum
officio cuius se cadens pro tempore respectu cum successoribus bonisque suis omnibus
subiicit et incorporat dempto primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere ac pro vadio pro quo citatus eius successores
citati fuerint iuris ordinem presenti tunc quo opus fuit ceterum ab officio non
recedendo satisfacere dictumque et omne iudicatum pati tenebitur et eius posteri
tenebuntur eundem terminum primum peremptorium et alios subsequentes
causae et causarum terminos nullis ut universum dilationibus ad
quaestionem ac aliis omnibus ex quacumque causa tam de iure quam con-
suetudine daret admitti solitis motionibus appellationibus eamque per
adiectiones praesequutionibus evasionibus praescriptionibus suspensionibus
praevis tertium marcarum atque ullo alio modo differendum prolongandum
atque excipiendum sua secum successoribus omnibus quibus iuris remediis uti
renunciando suorum successorum sub amissione totius causae
vigore lutionis et solutionis vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis
ut iuris ordinem presenti tunc quo opus fuit satisfacere tenebitur et eius posteri
tenebuntur nulla tamen praescriptionem premissis omnibus obstante

Vstriczki Quid Terliecki

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi premissorum Nobilis
Ilias Lipka Vstriczky a iure et foro suo proprio recedendo iurisdictioneque
competenti renunciando, huic vero iurisdictioni castrensi premissorum secum successoribus
ac bonis suis omnibus quo ad actum presentem attinet incorporando et subiiciendo
sanus mente et corpore eius pro capitulo libere ac per expressum recognovit
Quod a Nobili Ilia Romanowicz Terliecki summam centum flore-
norum pecunie debiti certi sibi per eum coram officio presenti recognitam ac in actis praesenti
castrensi premissorum sibi pro tempore certo ipsa iurisdictione assignatam iamque praeterito
super bonis certis inscriptam totaliter et plenarie recepit et annualiter levavit le-
vatamque adsetullit ratione cuius receptionis et levationis ipsum et eius successores
de summa praedicta centum florenorum pecuniae quietat liberamque a cimiterio eius
ipsius successoribus facit et pronunciat perpetuae ipsamque iurisdictionem sibi ab
eodem super summam prenominatam servientem cum omnibus conditionibus punctis
clausulis et articulis cassat annihilat mortificat obliterat temporibus
perpetuis sibi et suis posteris ratione premissorum silentium imponendo in tertium
presenti sua cessione mediante Quod memoriale formatum est

Komarniczki oblig

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi premissorum Nobilis
Mathei Komarnicki Stachowicz a terris dictis iuribus iuris-
dictionibusque suis quibuslibet propriis recedendo ac foro competenti renun-
ciando huic vero iurisdictioni castrensi premissorum secum successoribus bonisque suis in-
frascriptis aliisque omnibus herriis quo ad actum presentem attinet incorpo-
rando et subiiciendo sanus mente et corpore eius pro capitulo libere
ac per expressum recognovit Quia Nobili Michallo Dudzicz Komar-
nicki et eius successoribus bona sua hereditaria vigore totam et inte-
gram sortem suam hereditariam in fundo villae et hereditatis Ko-
marnicki sitae cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem